Joviales cum Saturno reliquiæ.

K. *Polus mundi noſter, cardo, vertex, Scytis Hamaxobiis Clavus ferreus* L. *Polus Zodiaci, & Solſtitiorum colurus.* M. *Æquinoctiorum colurus.* N *Circulus arcticus nobis, alius ab antiquo, illum Sphæræ Iſagogæ tradit, hunc Proclus antiquorum more deſcribit;* ὁ μὲν γὰρ ἀρκτικὸς κύκλος, ἀφορίζει, τὰ ἀεὶ θεωρούμενα.

Vetuſtorum Schemata, in aſtrorum σχέσει *ſeu poſitu, plurimùm aberrant, alio igitur niſi antiquitatis nomine, non ſuſpicienda: fingunt Draconem in litteræ S. formam, minori, majorique ferâ interlabi; potius cum Hygino, minorem fermè concludendo, cauda flexa, quaſi caput majoris attingens, in ſpiram complicatur.*

TABULA IV. Lit. D.

CEPHEUS.

ΚΗΦΕΥΣ, *Nonno* ΒΑΣΙΛ'ΟΣ ΑΝΗΡ, *Dominus Solis, Flammiger, Incenſus Sonans, Iaſides, frequentiùs Phicares, quaſi* πυρκαεὺς, *Cheichius, Cancaus, Cheguius, Ceginus.*

DIARTHROSIS.

4	α	*Supra ſiniſtrum humerum, Aderaimin, corruptè Alderamin.*	
3	β	*Sub cingulo ad ſiniſtrum latus.*	3 } 3
2	γ	*In femore dextro.*	
12	δ	*In fronte, quibusdam informis.*	
9	ε	*In tiara,* ἐν τῷ στεφήνῳ κιδαρίῳ, *prima.*	
10	ζ	*Altera.*	
5	η	*Ad manum ſiniſtram,* ἐν τῷ παραπηχίῳ, *Auſtralis.*	7 } 4

differentiæ.

Borealis.